



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 38. Julii Saccheti Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. tatem confirmavit: ipsi vero vicin
 A. C. 1664. Electori velut supremo suo Domino ter
 ritoriali necnon Sedi Moguntinæ ho
 magium, obedientiam, fidelitatemque
 jurant, seque e civitatis ærario expen
 sas in hanc obsidionem factas refusen
 spondent. Postea Elector Limpred
 Quatuorviri cadaver exhumari, atque
 in Templo Mercatorum perhonoratim
 sepeliri, urbem primo Lotharingicis
 postea Moguntinis militibus, novisq
 geribus, & recens erecta arce S. Petri
 libertatis indomitæ fræno, muniri
 sit. Sequenti autem anno in festo Ca
 poris Christi solemnis denuo habebatur
 in urbe supplicatio a Lutheranis jam
 dudum proscripta, quam vexillum
 tiosissimum, & Lutheri commento longe
 antiquius e Curie latebris extractum
 præcedebat. Audiebantur denuo
 divina campanarum murmura, ingenu
 tique Catholicorum lætitia ad quatuor
 Evangelia resonabant tormentorum
 tonitrua. Residua demum controver
 sia ob patrocinii jus Saxonice Domini
 ereptum anno sequenti die trigesimo
 Decembris Lipsiæ composita est.

§. XXXVIII.

Julii Saccheti Cardinalis obitus.

Unicus duntaxat ex Purpuratis hoc Sæc. XVII.
 anno obiit Julius Sacchetus patria A. C. 1664.
 Florentinus, qui primævo naturæ ge-
 nio præclaras perspicacis ingenii, ani-
 mique dotes consecutus, humaniorum
 literarum studio ingenti profectu incu-
 buit, postea utriusque Juris scientia
 imbutus, ac Doctoratus laurea Pisis
 insignitus, amplam de se expectatio-
 nem haud frustrabatur. Inerat ei præ-
 cella indoles, vitæ modestia, Majesta-
 tis gravitas, rara prudentia, & pro-
 funda eruditio, toto tamen vitæ suæ
 cursu probus & doctus esse, quam vi-
 deri maluit: ob id autem eruditus Vi-
 ris ac præcipue Paulo V. acceptissimus,
 Romæ Prælatus Pontificius, Referen-
 darius, & primarius Aulæ Judex renun-
 tiabatur: mortuo demum Paulo Pon-
 tifice a Gregorio XV. Pro-Legatus Bo-
 noniensis, & ab Urbano VIII. Episco-
 pus Graviensis & Nuntius ad Hispaniæ
 Regem decretus, ubique raram animi
 magnitudinem, liberalitatem, justitiæ
 amorem, morumque integritatem præ-
 setulit, totque meritorum suffragio ab-
 sens Romanam Purpuram adeptus, at-
 que ad Fanensem Ecclesiam translatus,
 Legatus a latere ad civitatem primo
 Ferrariensem, postea Bononiensem de-
 stinabatur, inde vero Romam revoca-
 tus, per integros viginti tres annos
 Signa-

*Ciacon. in
 vit. Urba-
 ni VIII.
 Ughell. Ital.
 Sacr.*

Sæc. XVII. Signaturæ Præfectum summo omnium
 A. C. 1664. applausu egit, ac præcipuarum Congregationum Præfecturam tanto Ecclesiæ proventu gessit, ut Pontifices potius sibi, quam Saccheto beneficium vendicasse viderentur. Eminuit singulari moderatione, qua post Urbani VIII. & Innocentii X. obitum in iteratis communitatis ad D. Petri Cathedram a multis ardentissime expetitus, omnium votis spesque elusit, seque supremo ecclesiæ fastigio, dignissimum licet, eminentiorem tamen ostendens, ipsemet suos fautores Alexandro VII. conciliavit. semper enim se ipso superior, nunquam in prosperis elatum, nec in adversis dejectum exhibuit animum, atque usque ad ultima etiam vitæ periodo, quam acutissimis calculi doloribus afflicteret, ad stuporem usque Orbis & Urbis mirabilem patientiam, & æquanimitatem præsetulit. Obiit denique Romæ die vigesima octava Junii anno ætatis suæ septuagesimo sexto, sepultus in Ecclesia Nationis Florentinæ ad S. Joannem Baptistam.

§. XXXIX.

Christiani Megapolitani Ducis matrimonium a Papa dissolutum.